De l'Imprimerie de QUILLAU rue Galande, à l'Annonciation, 1740

UT religiosè ſerventur Statuta Facultatis & ejus Decreta, quæ fortaſſe ignorantur à quibuſdam; cenſuit Decanus, typis mandandum eſſe undecimum Statutorum Facultatis articulum, nec-non & Decretum à Facultate latum, die 7° Septembris Anni 1718, M. Amando DOUTE', Decano, & Supremi Senatûs authoritate munitum atque confirmatum: quæ quidem, à ſingulis Doctoribus legenda, viritim diſtribuerentur, ne quis deinceps in eorum ignoratione verſetur.



Statutorum *Facultatis Art.* XI.

Si Baccalaureorum numerus ſuſtinendæ Scholæ Medicæ dignitati par non fuerit, liceat alterum examen aperire ſequentibus Remigialibus, ſi modò Facultati trinâ conconvocatione legitimè convocatæ ita viſum fuerit: ſed id non fiat temerè: hoc autem tempore exacto, Candidatis examen non pateat, niſi altero biennio.

ARREST DE LA COUR DE PARLEMENT,

PORTANT HOMOLOGATION DU DECRET de la Faculté de Médecine du 20 Août dernier, concernant l'Examen appellé Jubilé, *& le temps des Licences.*

Du 7 Septembre 1718.

LOUIS par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre: Au premier Huiſſier de notre Cour de Parlement, ou autre notre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis. Sçavoir faiſons que, Vû par la Requête à Elle préſentée par Amand Douté, Premier Médecin de Madame Ducheſſe de Berry, & Doyen de la Faculté de Medecine; à ce que pour les cauſes y contenues il plût à ladite Cour ordonner que le Decret de la Faculté de Medecine du vingtiéme Août mil ſept cens dix-huit, ſera homologué en ladite

Cour, pour être executé selon sa forme & teneur; faire défenses à tous Bacheliers & Licentiez d'y contrevenir: Vû aussi ledit Decret dont la teneur ensuit.

ANNO Domini millesimo septingentesimo decimo-octavo die Sabbati sexto mensis Augusti, horâ decimâ matutinâ, convocatis, ut moris est, per Juramentum & Schedulam, Doctoribus omnibus Collegii Medicorum Parisiensium, habitoque Conventu super M. Amandi Douté Decani expostulatione adversùs nonnullos abusus, quibus animadvertit, non sine doloris sensu, Facultas Medica Parisiensis quasdam Scholæ suæ Leges & Consuetudines paucis abhinc annis violatas fuisse non mediocriter. Unde præsertim dolet Ordo saluberrimus, quòd eòusque suâ indulgentiâ devenerit, ut multos insuetatosque apud se passus sit institui, ut aiunt, Jubilæos, quibus contigit Baccalaureos quosdam vix dimidium stadii ordinarii cursum peregisse. Baccalaurei tantâ facilitate freti quid non subindè tentaverunt? Triste dictu! Reliquæ Licentiarum ordinationis sese præstiterunt Arbitros; soboles posthumæ, posthumorum parentum non dedignatæ sunt agnitionem: Baccalaurei emeriti nuperis abhinc annis, ad nutum & arbitrium, sub quo voluerint Decano Licentiæ gradum assequuntur, quod quidem, à quocunque consilio provenerit, non potest non videri portentosum. His de causis Medicinæ Facultas non minùs publicæ Civium salutis, quàm Alumnorum aliquot suorum in officio continendorum studio ducta, ut suas Constitutiones, Leges & Statuta Augustissimi Galliarum Senatûs authoritate sancita, in integrum pristinumque statum restituat, post trinam convocationem ad hoc à Decano institutam, unanimi consensu vetat ac prohibet, ne ullum deinceps examen aperiatur, nisi tempore Quadragesimæ; hoc autem tempore exacto, Candidatis examen non pateat nisi altero biennio, ut fert articulus undecimus Statutorum. Si verò filii Doctorum, qui omni favore sunt excipiendi, postulaverint ut alterum examen, Jubilæum dictum, aperiatur, liceat aperire sequentibus Remigialibus tantùm, non verò alio tempore; sed eâ conditione ut cum filiis Doctorum ad hoc Examen admittatur nemo. Ordinavit quoque providè saluberrima Facultas Baccalaureos emeritos qui Licentiæ gradu non donabuntur, sub finem anni posterioris stadii sui ordinarii, post Paschalia, juxtà articulum trigesimum-quartum Statutorum, in biennium esse remittendos, nec promoveri posse ad Licentias, nisi

quo tempore Baccalaurei novi promovebuntur ab altero Decano post Paschalia posterioris anni. Ac ne ex hujus, jam olim non semel lati, nunc demùm renovati Decreti ignoratione, quisquam posthàc excusationem prætendat; ipsum primo quoque tempore typis mandandum, promulgandum, & Scholæ valvis affigendum censet Ordo saluberrimus. Insuper, ut hoc Decretum vim Legis habeat, postulat Facultas, ut Decani sui curâ enixè rogetur Illustrissimus Senatûs Princeps, velit ut hoc Decretum novo Senatûs-consulto confirmare, atque ita ex omnium sententiâ conclusit DOUTE', *Decanus. Datum in Scholis superioribus Medicorum Parisiensium die* 20 *mensis Augusti anni* 1718. Et autres Piéces attachées à la Requête, signées VIARD, Procureur: Conclusions du Procureur Général du Roi. Oüi le Rapport de Me Nicolas Fraguier, Conseiller; Et tout considéré: NOTREDITE COUR a homologué & homologue ledit Decret de la Faculté de Médecine du vingtiéme Août dernier, pour être executé selon sa forme & teneur: Fait défenses à tous Licentiez & Bacheliers d'y contrevenir. Si mandons mettre le présent Arrêt à execution selon sa forme & teneur, & faire pour l'execution d'icelui tous Actes & Exploits sur ce requis & nécessaires: De ce faire te donnons pouvoir. DONNE' à Paris en Parlement le septiéme de Septembre, l'an de grace mil sept cens dix-huit, & de notre Régne le troisiéme. Collationné. Signé, MANGOT, avec paraphe.

Par la Chambre, GILBERT.

PER JURAMENTUM.

UT pax & concordia vigeat inter Magistros, nullusque detur insuper locus intercessioni in ultimis Comitiis factæ ab Illustrissimo Viro M. Hyacintho-Theodoro BARON, antiquo Facultatis Decano, nec-non & ab aliis Collegis nostris amantissimis, qui, ne Facultatis Decreta & Statuta posthàc violarentur, reclamarunt; Convocentur Doctores omnes Medici in Scholas Superiores, die Mercurii 12°. Octobris, horâ post meridiem tertiâ, de Jubilæo examine, in gratiam filii M. Antonii Lemoyne, nostri, dum viveret, Collegæ Clarissimi, jamjam aperiendo deliberaturi. Datum Lutetiæ Parisiorum, die octavâ ejusdem mensis, anni 1740.

LEAULTE', *Antiquior Scholæ Magister, Decanus.*